78 N 14 [58-60]

† † †

PIIS MANIBUS
VIRI
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, DOCTISSIMIQ;
DOMINI
M. JOANNIS SCHULTZII,
PHILOLOGI AC POLYHISTORIS EXIMII, RECTORIS BUDISSINO-EVANGELICÆ SCHOLÆ FAMIGERATISSIMI,

DIE XV. FEBR. CIRCA HORAM MATVTINAM
TERTIAM AN. ÆTAT. XXXVI. CHRISTI M DCCXI.
PLACIDISSIME DEFUNCTI,
IPSO EXEQVIARUM DIE, SCIL. XVII.
EJUSD.
SACRUM ESSE VOLVERVNT
COLLEGAE.

BUDISSÆ, LITERIS RICHTERIANIS.

UNIV.- U. LAND.-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Kapsel 78 N 14 [58]
x 3165536

MEDRASCH. RUTH. CAP. I, III.

אשריו של אדם שיצא בשם טוב מן עולם:

Beatus eſt ille Homo, qui cum Nomine bono exit ex hoc mundo.

ENthea dum Virtus nullis ſubmergitur umbris,
Sed ſemper memori vivida mente viret:
Sat vixit, bene qui vixit, dicique beatus
Jure poteſt cunctis poſt ſua fata bonis.
Non dubito, nomen quoque Te meruiſſe beati,
SCHULTZI, *nos omnes exitus iſta docet.*
Omnia nam bona ſunt, quando bona clauſula vitae,
Et finis fidei vita beata poli eſt.
Ergo inter Cœli Cives jam plaude Beatos,
Angelicos inter plaude, Beate, choros.
Donec in his terris Doctorum nomina florent,
Spargentur flores nominis uſque Tui.
At nobis adſit, qui ſceptra ſcholaſtica ducat,
Numine cumque bono, Nomine cumque bono.

M. MICHAEL THYM, Con-R.

Πιερίδων πρόπολος πολλῶν προφερέστερος ἄλλων
Μουσάων τε φίλος τέθνακε ὀξύμορος.
Κλαίετε Πιερίδες μεγαλώνυμοι, ἀγλαόφημοι,
Καὶ γὰρ προσήκει δάκρυα θέρμα χέειν.
Ἡμετέρη τε σχολὴ, κλαίου, σὸν ποιμένα, μοῖρα
ὤλεσε, καὶ βάλε νῦν τοῦ θανάτοιο κράτος.
Κλαίετε καὶ πάντες· σωρηδὸν χρήσιμα εἶπε
Ταῖς Μούσαις πάντη. κλαίετε Πιερίδες.
Ἀλλὰ τί δεῖ κλαίειν; κουφίζωμεν μελεδῶνας,
Σχούλζιος ἀθάνατος καὶ μάκαρ ἐστὶν ἀεί.
Κάτθανε· καὶ γὰρ ἀεὶ δολιχαίων τοὔνομα ζώσει,
Μουσάων τ᾽ ἀγάπη ἐστὶ σὸν ἐντάφιον.
Ὑψιμέδων δὲ Θεὸς καὶ ταῖς μούσῃσιν ἀνάσσον
Τῇ γε σχολῇ ταχέως φάρμακ᾽ ὀπάσσει ἑά.

συμπαθείας ἕνεκεν ἔγραψε

M. Georg. Ehrenfried Behrnauer.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-779896-p0002-2

Letzte Rede des Seel. Herrn Rectoris an ſeinen hinterbliebenen 84. Jährigen Herrn Vater.

LIebſter Vater/ Er betrübe Sich nicht über meinen Tod;
Bin ich/ Eurer Meynung nach/ Euch zu frühe hier entnom̃en:
So bin ich/ nach GOttes Rath/ zeitlich in den Himmel kom̃en:
Und der Leib verſchläfft den Jammer und die groſſe Seelen-Noth/
Die auff dieſem Meer der Welt unauff hörlich brauß't und wütet/
Da hingegen beyde GOtt dort in Abrams-Schooß behütet.
Solt' ich itzt in Eurem Alter eine ſtarcke Stütze ſeyn?
Ach bedenckt die Nichtigkeit unſers gantzen Thuns und Lebens!
Iſt nicht offt die Hoffnung hier auff die Menſchen gar vergebens?
Heute ſteht das Hauß des Leibes/ morgen fällt es plötzlich ein.
Wollt Ihr/ Theurer Vater/ noch Euch nach einer Stütze ſehnen/
Ach! faßt Euren JESUM an/ drauf könnt ihr Euch kühnlich lehnen.
Dieſer war/ als mich die Kranckheit mit geſamter Macht befiel/
Mein Erretter/ Schirm und Schild: in der allergröſten Hitze/
Ein Erfriſchungs kühler Thau: in der Schwachheit eine Stütze:
In den letzten Todes-Aengſten meiner Wünſche ſeelges Ziel.
Dieſer JEſus wird auch Euch/ Liebſter Vater/ dahin bringen/
Wo zuſammen ewig wir Lobes-Lieder werden ſingen:
Kommt Euch unſre liebe Schule/ der Gelehrten groſſe Schaar/
Itzt noch in Gedancken vor? Werden dieſe mich beklagen/
So wird doch/ nach altem Brauch/ auch vielleichte jemand ſagen:
Stirbt der/ iſt nach GOttes Willen/ ſchon bereits ein andrer dar.
GOtt wird unſer Schulen ſchon mit der Hülffe bald erſcheinen/
Drum darff Sie mit Euch nur nicht meinen Abſchied ſo beweinen.
Was iſt der Gelehrten Wiſſen? Ach! vielmahl ein eitler Dunſt.
GOttes Rüſtzeug Paulus will deſſen Zweck alſo beſchreiben:
Vieles Wiſſen blehet auff; Aber GOttes Willen treiben/
Das erwirbet hier auff Erden/ und auch dort im Himmel Gunſt.
In der Demuth ſeyn gelehrt: GOtt und ſeinen Nechſten lieben/
Das heiſt in Gelehrſamkeit/ und im Chriſtenthum ſich üben/
Er betaure/ Liebſter Vater/ demnach nur nicht meinen Tod/
Sondern ſchicke ſich vielmehr in des Allerhöchſten Willen/
Der wird ſchon/ vielleichte bald/ ſeelig euren Wunſch erfüllen.
Und ſo hats nach meinem Tode auch mit Euch gar keine Noth.
Er wird Euer Lebens-Schiff höchſtbeglückt in Hafen führen/
Und wir werden beyderſeits uns darüber *gratuli*ren.

Chriſtian Müller/ *Cantor.*

EHeu! nos miſeros, nàm totus homuncio quidnam?
Spuma, cinis, pulvis, tranſitus, umbra, nihil.
Clarus eras quondam non uno nomine, *Schulzi*,
Jam nihil es, melior pars tamen aſtra petit.
O DEus! ô ter Magne DEus! Tu nunc miſerere
Et curam noſtræ ſuſcipe, quæſo, Scholæ!

Jeremias Calmann,
Coll.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-779896-p0003-8

VEri Chriſtiani a morte beate obeunda haud ullum ſibi vacuum tempus elabi patiuntur, & ita vivunt, ut ſingulis momentis meminerint ſe mortales eſſe, & ea lege genitos, ut anima a corpore diſcedat, & corpus in terram unde ſumptum eſt, convertatur. Sive igitur e ſtrato corpus mane levent, ſive idem eodem reclinent, ſive ambulent, ſemper hæc vox aures illorum circumſonat: *Vigilate & eſtote parati. quia quo Anno, Menſe, Die & Hora non putatis, Vobis moriendum erit.* Seria hac mortis conſideratione occupati, Judicium DEi reformidant, ſibi Regulam juſte, recte, honeſte & caſte vivendi præſcribunt, & in eo toti ſunt, ut bene ad mortem diſpoſiti & parati ex hac mortalitate diſcedant, & coram *Judice Chriſto JEſu*, intrepidi appareant. Nullum dubium eſt, quin & noſter *Tit. Honorat. Dn RECTOR*, mortalitatis ſuæ memor, ſeſe ſemper ut decet bonum & verum Chriſtianum, ad beate moriendum diſpoſuerit & præparaverit: Secutus *Nazianzeni* conſilium: *Qui ſe quotidie moriturum recordatur, is bonam militiam militat, retinens fidem & bonam conſcientiam, ut cum ipſi reddenda fuerit totius vitæ ratio, nihil tam enorme, nihil tam grave habeat, quod ipſum coram tremendo DEi Judicio accuſet. & dignum æterna damnatione reddat. Quieſce itaq; Vir bone in tua pace. VOBIS autem, PATRES PATRIÆ SPLENDIDISSIMI*, in eligendo novo Rectore Spiritus Sancti aſſiſtat gratia: qui ſit VIR vere pius & eruditus, *Frater* Collegarum & Pater Diſcipulorum; *Amator* pacis & concordiæ; CVSTOS Legum & bonæ Diſciplinæ, *Prudens* in regimine, *Indefeſſus* in informatione; *moderatus* in objurgatione; *Sapiens* in omni actione; *Humilis* in *Prosperitate & Patiens* in adverſitate. Faxit ergo DEus, ut ejusmodi novum RECTOREM donis ornatum, lætis animis brevi & ſalutemus, & excipiamus, & diu ſalvum & incolumem habeamus. Paucula hæc in memoriam Pie defuncti appoſuit

NICOLAVS GAMBARZOWSKY, Coll. VI.

M*Orti* nil clauſum, nil ſacrum, nilque profanum;
 Namque aperire aditus novit ubique ſibi.
Vim mortis nuper celeberrima *Curia* ſenſit,
 Sed paulo poſthæc, nec *Schola* tuta fuit.
Abripitur noſtræ *Conſul meritiſſimus* urbis,
 Et claram replet Mors inopina domum.
Mox ſequitur RECTOR, florenti ætate vireſcens;
 Muſarum, toto corde, dolente *Choro*.
Sed quid lugemus? *veræ mors Janua vitæ*:
 Vitam non mortem, qui bene vixit, habet.
Tu prohibeto *DEus*, ne luctum *Curia* cernat;
 Nec lædant Mortis Spicula dura *Scholam*.
Et cum nil poſſit, ſublato vertice, corpus,
 Utile, quæſo, Scholæ, reddito, Chriſte, *Caput*.

Ita animitus vovet
Elias Scheller,
Coll. Schol. Adjunct.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-779896-p0004-3

78 N 14 [58–60]

† † †

PIIS MANIBUS
VIRI

... AMPLISSIMI, DOCTISSIMIQ;

... OMINI
... OANNIS
... ULTZII,

... GI AC POLYHISTO-
... RECTORIS BUDISSINO-
... ICÆ SCHOLÆ FAMI-
... ERATISSIMI,

... RCA HORAM MATVTINAM
... AT. XXXVI. CHRISTI M DCCXI.
... SSIME DEFUNCTI,
... IARUM DIE, SCIL. XVII.
EJUSD.

... I ESSE VOLVERVNT
... OLLEGAE.

... LITERIS RICHTERIANIS.

UNIV. U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Kapsel 78 N 14 [58]
X 3165536